



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Specvlvm Magnvm Episcoporum, Canonicorum, Sacerdotvm Et aliorum Clericorum omnium tam Secularium quam Religiosorum

Tympe, Matthäus

[Köln], 1614

16. Calumnias non leuiter contemnere, nec præter modum reformidare.
Calumniatores detestare V. Theatrum vindictæ diuinæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51447](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51447)

fiduarum precum incursum hostium spiritualium
 auerant? maxime eum Dominus ipse dicat: *Super Esa. 62. v. 6*
 muros Hierusalem constitui custodes tota die & nocte,
 in perpetuum non tacebunt. Ad quæ verba scribit S.
 Hieron. Qui custodes (pastores Ecclesiæ) nec die-
 bus debent nec noctibus tacere, sed semper Domini cle-
 mentiam deprecari, ut grex illius & muri Hierusalem
 custodiantur & valentur eius auxilio. vnde & ad eos ille
 custodes atque doctores sermo dirigitur: O vos qui recor- *V. locos de*
 damini Domini, eiusque clementiam die ac nocte precib. *horis Ca-*
 fatigatis cauete ne vnquam in ore vestro fileat oratio, *nonicis, &*
 Hæc S. Hieron. *de Oratio-*
ne.

SIGNVM XVI.

*Calumnias non leuiter contemnere,
 nec præter modum reformi-
 dare.*

Nulla enim, ait S. Chrysostr. res magis famam au- *Lib. 5. de*
 gere seu bonam seu malam quam vulgus incom- *sacerd.*
 positum, ut quod audire & eloqui temere soleat, nulla
 pro suo veritatis habita ratione. Si quis ob populi dicta a-
 nimò statim deiici cœperit, nã is nihil vnquã quod gene-
 rosam admirandumque sit parere poterit, siquidem mœ-
 stitia, itemque cura ac sollicitudines perpetuæ, animi
 viuis maxime possunt prosternere.

S. Bern. Ego plagis conscientie meæ nullum iudico *Ser. de filio*
 accommodatius medicamentum probis & contumeliis prodigo.
 non est proinde quod permouear homuncio omni appro-
 prio dignus & despectione.

S. Aug.

2. *Confes. c.* S. Augustinus Tu Domine semper aderas mi-
2. sericorditer fauens & amarissimis aspergens
offensionib. omnes illicitas iucunditates meas.

Lib. 3. Ep. 9. S. Cyprianus; magis optamus & cupimus cō-
tumelias & iniurias singulorum clementi pa-
tientia vincere quam sacerdotali licentia vindic-
care.

SIGNVM XVII.

*Horas Canonicas quotidie religiose & cum
deuota cordis attentione tanquam pen-
sum seruitutis sue persol-
uere.*

IN variis Episcoporum Synodis variæ leges la-
tæ sunt de diuino officio à Clericis certis horis
peragēdo. I. Synodi Toletanæ primæ verba sunt:
dist. 29. c. Si quis presbyter, aut diaconus, vel quilibet Clericus Ec-
fin. clesie deputatus, si intra ciuitatem fuerit, aut in quolibet
loco in quo Ecclesia est, & ad quotidianum psallendū
officium matutinis vel vespertinis horis ad Ecclesiam
conuenerit, deponatur a Clero, si tamen castigatus ve-
niam ab Episcopo per satisfactionem noluerit prom-
reri.

2. Regula Canonicis in Concilio Aquifgra-
nensi 1. sub Ludouico Imp. 1. anno Domini 816
Cap. 131. præscripta (quam nostra Cathedr. Ecclesia mo-
Patres Cō- nast. habet manuscriptam) *srudeant*, ait. *summope-*
cilij aquisg. re Canonici prædictas horas vigilantissima cura custodi-
præscripsit- re, & in his diuinum officium humiliter ac deuote persol-
se Canoni- uere. Mox enim vt datum fuerit signum festinato omne
ce Regulā.